



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

De inuocatione, & veneratione, & reliquiis Sanctorum, & sacris imaginibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

delibus defunctis fieri consueuerunt, secundum Ecclesie instituta piè, & deuotè fiant, & quæ pro illis eximiorum foundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, sed à sacerdotibus, & Ecclesie ministris, & alijs, qui hoc præstare tenentur, diligenter, & accurè persoluantur.

REMISSIONES.

Vide Valuerd. Bellarmin. & Lenfen. in suis tractatibus de Purgatorio. Castr. aduersus hæreses, verbo Purgatorium, P. Sor. de libris Sacerd. lect. 1. de Purgatorio. Theodor. Peltan. de Purgat. Contab. 1. q. 9. de Indulgent. Greg. de Valentia, tom. 4. disp. 11. de locutione ptaculis animarum post mortem, q. 1. puncto 1. Nicol. Diaz in tratado del Inyizio final. co. 6. §. 2. P. Soar. tom. 4. disp. 47. sect. 1. oppo. Doctor Martin Carrillo en la explicacion de la Bulla de los Indulgencias. Fr. Emman. quart. Regul. tom. 3. q. 44. art. 1. P. Egid. de Purgat. mentis, & censur. tom. 2. disp. 11.

β De loco Purgatorii, vide Valent. d. q. 1. puncto 2. P. Soar. de libris sect. 2. D. Martin Carrillo vbi supra, p. 1. cap. 2. P. Egid. de libris num. 17. cum seqq.

γ Quas pœnas animæ in Purgatorio patiantur, explicant Peltan. lect. 2. de Purgat. Angles. p. 1. Floium Theolog. q. 4. de Purgat. Ioann. Lenfen. de fidelium animarum purgat. lib. 1. cap. 2. Theodor. Candelabro aureo, p. 1. de Purgat. num. 8. Cardin. Bellarm. de Purgat. cap. 10. cum quatuor seqq. P. Valent. d. disp. 11. q. 2. puncto 1. Pat. Soar. tom. 4. disp. 46. lect. 1. & 2. P. Egid. d. disp. 11. dub. 3. cum sum seqq. D. Martin Carrillo vbi supra, p. 1. cap. 3.

De inuocatione, & ueneratione, & reliquijs Sanctorum, & sacris imaginibus.

Mandat sancta Synodus omnibus Episcopis, & cæteris docendi munus, curamque sustinentibus, vt iuxta Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesie vniuersæ primæius Christianæ Religionis temporibus receptis sanctorumque Patrum consensionem, & factorum Conciliorum decreta, in primis de Sanctorum intercessionibus inuocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginum vsu, fideles diligenter instruant, Sacrosanctæ Synodæ

flos, unà cum Christo regnantēs, orationes suas pro homi-
 nibus Deo offerre; bonum, atque utile esse suppliciter
 eos inuocare; & ob beneficia impetranda à Deo per fi-
 lium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus
 noster Redemptor & Saluator est, ad eorum orationes,
 opem, auxilium que confugere: illos verò, qui negant
 Sanctos, æterna felicitate in cælo fruētes, inuocandos
 esse; aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non ora-
 re; vel eorum, vt pro nobis etiam singulis orent, inno-
 cationem esse idololatriam; vel pugnare cum verbo Dei,
 aduersari que honori vnus mediatoris Dei, & hominum
 Iesu Christi; vel stultum esse, in cælo regnantibus vo-
 ce, vel mente supplicare; impiè sentire. Sanctorum
 quoque martyrum, & aliorum cum Christo viuentium
 sancta corpora, quæ viua membra fuerunt Christi, *a* & *1. Cor. 10*
 templum Spiritus Sancti, ab ipso ad æternam vitam sus-
 citanda, & glorificanda, à fidelibus veneranda esse: per
 quæ multa beneficia à Deo hominibus præstantur: ita
 vtriusque, Sanctorum reliquijs venerationem, at-
 que honorem non deberi; vel eas, aliaque sacra monu-
 menta à fidelibus inutiliter honorari; atque eorum o-
 pis impetrandæ causa Sanctorum *7* memorias frustra fre-
 querari; omnino damnandos esse, *b* prout iam pri- *b* *Conc. Nic. 2.*
 dem eos damnauit, & nunc etiam damnat Ecclesia. I-
 mages porò Christi, Deiparæ Virginis, & aliorum
 Sanctorum, in templis præsertim habendas, & reti-
 nendas, eis que debitum honorem, & venerationem
 impertendam, non quòd credatur inesse aliqua in ijs
 diuinitas, vel virtus, propter quam sint colendæ; vel
 quòd ab eis sit aliquid petendum, vel quòd fiducia in
 imaginibus sit figenda; veluti olim fiebat à Gentibus,
 quæ in idolis *c* spem suam collocabant; sed quoniam *c* *Psal. 134. d.*
 honos, qui eis exhibetur, refertur ad *d* prototypa, *d* *Conc. Nic. 2.*
 quæ illæ repræsentant: ita vt per imagines, quas oscu- *2. alio 30*
 lamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbi-
 mus, Christum adoremus, & Sanctos, quorum illæ si-
 militudinem gerunt, veneremur, id quod Conciliorum,
 præ-

Tri-
 ai-
 1. d. d. d.
 2.

præsertim verò secunda Niœnæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores est sancitum.

Illud vero diligenter doceant Episcopi, per huiusmodi mysterium nostræ redemptionis, picturis, vel aliis similitudinibus expressas, erudiri, & confirmari populum articulis fidei commemorandis, & assidue recollectionum vero ex omnibus sacris imaginibus magnum fructum percipi; non solum quia admonetur populus beneficiorum, & munerum, quæ à Christo sibi collata sunt, sed etiam quia Dei per Sanctos miracula, & salutaria exempla oculis fidelium subiiciuntur: ut pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam more, & consuetudinem suos componant, excitenturque ad adorandum, & diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut senserit; anathema sit. In has autem sanctas & salutes observationes si qui abusus irrepsierint, eos prorsus aboleri sancta Synodus vehementer cupit, ita ut nullæ falsi dogmatis imagines, & rudibus periculosi erroris occasiones præbentes, statuatur. Quod si aliquando historiarum, & citationes sacræ scripturæ, cum id indoctæ plebi exprimi, & figurari contigerit; doceatur populus, non propterea diuinitatem figurari, quasi corporeis oculis conspici, vel coloribus, aut figuris exprimi possit. Quæ porro superstitio in Sanctorum inuocatione, Reliquiarum veneratione, & imaginum sacro vultu tollatur, & turpis quæstus eliminetur, omnis denique lasciuia vitetur, ita ut procaci venustate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, ac Reliquiarum visitatione homines ad commessationes, ac Reuerentiam non abutentur; quasi festi dies in honorem Sanctorum per luxum, ac lasciuiam agantur. Postremo, circa hæc diligentia, & cura ab Episcopis adhibeatur, nihil inordinatum, aut præposterè, & tumultu commodatam, nihil profanum, nihilque inhonestum appareat, & cum domum Dei deceat sanctitudo. Hæc si fidelius obseruentur, statuit sancta Synodus, neminem

a 7f. 92. 2. 5.
decretis de im-
mū. Eccl. in 6

ere vlllo in loco, vel Ecclesia etiam quomodolibet ex-
 empta, & vllam insolitam p̄nere, vel ponendam cutare imagi-
 nem, nisi ab Episcopo approbata fuerit, nulla etiam ad-
 mittenda esse noua miracula, & nec nouas Reliquias recipien-
 das, nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo,
 qui simulatque de ijs aliquid compertum habuerit, &
 adhibitis in consilium Theologis, & alijs pijs viris, ea faciat,
 quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit. Quod
 si aliquis dubius, aut difficilis abusus sit extirpandus, vel
 omnino aliqua de ijs rebus grauior quæstio incidat: Epi-
 scopus, antequam controuersiam dirimat, Metropolita-
 na, & comprovincialium Episcoporum in Concilio pro-
 uinciali sententiam expectet, ita tamen vt nihil, incon-
 sulto Sanctissimo Romano Pontifice, nouum, aut in Ec-
 clesia hactenus inusitatum decernatur.

R E M I S S I O N E S.

Vtutissimum esse in Ecclesia Dei, & à sanctis Patribus com-
 probatum vsum sanctarum imaginum pictarum, earundemq;
 adoratione, pluribus testimonijs confirmatur, & resoluunt Sim. Maiol.
 in rati. de sacris imaginibus. Alphons. à Castro, lib. 8. aduersus hæ-
 reses, verbo Imago, Sebast. Medices in Summa omnium hæresum, p.
 verbo Imago. Guilhelm. Duran. in Rationali diuin. offic. lib. 1. cap. 3.
 Manch. de Cathol. instit. cap. 33. à princip. Barthol. à Medi. p. 1. instr.
 de Confessores, cap. 14. §. 1. post med. Card. Bellar. in disp. Fidei Catho-
 licæ controu. 7. lib. 2. Azeued. l. 2. à princip. tit. 1. lib. 1. nouæ Recop. Fufe-
 de Visitat. lib. 1. cap. 9. Fr. Hieron. Romæ lib. 4. de Republ. Christiana,
 cap. 7. fol. 199. Nau. in Mad. cap. 11. num. 21. vers. 7. & ca. 27. num. 169.
 Sarm. lib. 2. Selectar. cap. 14. num. 2. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 11. puncto 6.
 Socar. in 3. p. D. Thomæ, q. 25. art. 3. disp. 54. per septem sectiones,
 Valg. de Adorat. imag. li. 2. disp. 3. à n. 78. P. Azor. inst. moral. p. 1. h. 9.
 ca. 6. col. 855. cum seqq. & ca. 8. col. 864. Fr. Emman. quæst. Regul. to.
 3. q. 55. art. 1.
 Docentes eos Sanctos una cum Christo regnantes. Vide Nau. in
 tract. de Orat. notab. l. n. 21. D. Cyprian. Epist. 57. & ibi latam additio-
 nem Jacobi Pamelij, num. 14.
 Memorias frustra frequentari. De peregrinatione ad Sancto-
 rum memorias vide Fr. Ioseph. de Siguenza in vita D. Hieronymi, li.
 4. cap. 9. pag. mibi 451.

§ *Vllam insolitam ponere, vel ponendam curare imaginem*] Videtur Thom. Sanch. in præc. Decal. lib. 2. cap. 43. nu. 6. vbi num. 7. cum Philarch de officio Sacerd. tom. 1. p. 1. lib. 3. ca. 9. in fine refertur, per in altari domus priuatæ l. ceream imaginem Sancti non Canonici tenere, si sola in eo sit, & cum lampade, & num. 10. asserit solas reliquias Sancti Canonizati posse Episcopum approbare, vt publico venerentur.

1 *Nec nouas reliquias recipiendas.*] Sacra Cardinal. Congreg. censuit: Sancto rum reliquias antiquas habende sunt in illa veneratione qua hæctenus fuerunt: si vero sint nouæ, Episcopus seruare non debet Decretum.

ζ *Adhibitis in consilium Theologis.*] Vide P. Azor. instit. Moral. lib. 9. cap. 8. col. 866.

De Regularibus, & Monialibus.

EAdem sacrosancta Synodus, reformationem consequens, ea, quæ sequuntur, statuenda esse censuit.

CAPVT I.

Secundum tenorem & rigorem suæ regulæ indispensabiliter obseruant Regulares, idq; obseruari curent Superioris valde strictè.

Quoniam non ignorat sancta Synodus, quantum ex monasteriis piè institutis, & rectè administratis, in Ecclesia Dei splendoris, atque vtilitatis occurrere necessarium esse censuit, quo facilius, ac maturius, vbi collapsa est, vetus, & Regularis disciplina instaurari, & constantius, vbi conseruata est, perseueret, præcipere, prout hoc Decreto præcipit: *Ut omnes Regularis, tam viri, quam mulieres, ad Regulæ, quam professi sunt, præscriptum vitam instituunt, & componant, ac*

a Clem. exim. §. cum igitur in primis, de var. sig.

que in primis; 1. quæ ad suæ professionis perfectionem, & obedientiæ, paupertatis, & castitatis, ac si quæ alia sunt alicuius Regulæ, & Ordinis peculiariter vota, & præcepta; ad eorum respectiue essentiam, nec non ad com-